Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

dignum: manſionis habitaculum in vaſe vitreo: quia licet vitrum de
vili materia ſit tamen probatur clarius ſuper aurū ⁊ argentum: ſic qui
libet ſacerdos: quamuis ſit peccator: tamen prelucet omnibus alijs re
bus regibus et principibus et eſt dignior omni creatura: Vos eſtis
genus electum. gens ſancta: regale ſacerdotium: Populus acquiſitio-
nis: non ſolum temporalis electionis: ſed eterne predeſtinationis: Ele-
git autem vos dominus ante mundi conſtitutionem qui non dum era-
tis niſi predeſtinati. Et eſt notandum ꝙ predeſtinatio nihil aliud eſt
quam gratie vel glorie preparatio ſcilicet gratie in preſenti ⁊ glorie in
futuro. Unde Aug. ſuper illo uerbo elegi ⁊ preelegi. O preſbiter ſiue
ſacerdos: Siue deus ſic te elegit: redde rationem villicationis tue: qd
vel quod in hoc ſeculo elegeris: dum deus vltionem a te requiret: quia
ſcriptum eſt: Cui plus donauit plus requiretur ab eo.

O Ueneranda ſacerdotum dignitas ſi digne et ſacerdotaliter vixe
ritis: in quorū manus velut in vtero virginis filius dei incarnat.
O celeſte miſterium quod per vos pater ⁊ filius et ſpirituſſanctus tā
mirabiliter operatur ꝙ vno eodemq̃ momēto idem deus qui preſidet
in celo in manibus veſtris eſt ſacrificium Gre. Hoc tam inſigne priui
legio ſtupet celum: miratur terra: veretur homo: horreſcit infernus: cō
tremiſcit dyabolus: veneratur angelica celſitudo: Quid ergo tribuam
domino pro omnibus que retribuit mihi verbi gratia. Iſte qui creauit
me dedit mihi creare ſe: qui creauit me ſine me: creatur mediante me
Quid ergo retribuam domino pro tam ſingulari dono ſacerdotii mihi
impenſo: quod eſt datum optimum ⁊ donum perfectum: quaſi dicat ne
ſcio: niſi duo minuta ſcilicet corpus ⁊ animam: corpus in ſeruientem ⁊
animam in laudem: vnde pſalmiſta: Lauda anima mea dominum.

C Onſiderate ergo mirabilem veſtre excellentie dignitatem ꝙ vos
deus non ſolum pre cetero genere ordinauit ſed pre cunctis cre-
aturis quas ad laudē ⁊ gloriam nominis ſui creauit: vñ domin⁹. Ego
conſtitui te ſuper gentes ⁊ regna vt euellas peccati maculam: ⁊ edifi-
cas corda hominum penitentiam agere volētium et diſperdas errores
⁊ plantes uirtutes in animabus viuificādis: vnde dominus: Ego vos
elegi de mundo ⁊ poſui vos ad gratiam vt eatis volendo ⁊ fructum af
feratis fideliter operando: ⁊ fructus veſter maneat ineternum congre
gando. Bern. Nullus fructus charior deo eſt quam fructus animarū
pro quibus mortem ſuſtinuit filius dei. Qui eñ deo in omnibus homi
nibus lucrantur animas per baptiſmum: regenerant per cōfeſſionem
⁊ per penitentiam reuocant: ⁊ eos ſacramēto eucbariſtie cibant: quaſi
dicat nullus niſi ſacerdos Malachias Labia ſacerdotum cuſtodiunt
ſcientiam ſcilicet dei quia angelus domini exercituum eſt. Angelus do
mini conuerſatione angelus in diuinarum ⁊ gratiarum actione ange-
lus: in ardore charitatis angelus: in ſubiectione humilitate. Salue re-
uerentia angelorū quorū infinitus eſt numerus: dico ꝙ maiores eſtis
ꝗ̄ angeli ⁊ precellitis dignitatē eorū largo modo loquendo: Cui nāq̃
angelorum tradidit deus quod datum eſt ſacerdoti ſcilicet quodcumq̃

N Ota due ſunt claues ſcz ſcientie et poteſtatis date beato Petro
et ceteris hominibus. non omnibus ſed ſolis ſacerdotibus ⁊ ſuc
ceſſorib⁹ ſuis. Licet eñ ſolus deus peccata remittat tñ nunq̃ vel raro
ſine ſuis miniſtris .i. ſacerdotibus. qđ poteſt probari ꝑ leproſos quos
cū dñs mūdaſſet dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibus ⁊ humiliter obe
dite. ⁊ dū irēt mundati ſunt. Probari etiā pōt ꝑ lazarū quē cum dñs
ſuſcitaſſet a mortuis dixit diſcipulis ſuis ſoluite eū et ſinite abire. Et
q̄re ipſe dñs non ſoluit eū a vinculis corde ꝗ ſoluit eū a vinculis mor-
tis. ⁊ quare nō iuſſit mariā et martham ſorores eius ſoluere vel iude-
os cognatos eius qui erāt ei ꝓpinquiores debito naturali ꝗ̄ diſcipuli
domini. Per hoc euidenter patet ⁊ ꝓbatur ꝙ ſolis ſacerdotibus a do
mino data eſt poteſtas ligandi atq̃ ſoluendi. Ecce quanta dei benigni
tas ⁊ ſacerdotum dignitas quia ipē dominus qñq̃ ꝑ malos bonū ope
ratur et hoc ideo ne claues eccleſie a fidelibus paruipendantur quia ſi
aliquādo ſacerdotes nō habent ex merito tamē habent ex officio digni
tatis et ſi quis ſacerdotū idignus. ſit quod abſit hoc ſibi nō tibi noce-
bit: Ecce quāta poteſtas vobis ſacerdotibus data eſt ꝗa lingue veſtre
claues celi facte ſunt. Bern. O quantam dignitatem contulit vobis
deus: quanta eſt prerogatiua ordinis ſacerdotalis pretulit vos regi-
bus terre. pretulit hunc ordinem omībus hominibus. immo vt altius
loquar pretulit vos angelis tronis ⁊ dñationibus. Sicut enim nō an
gelos ſed ſemen apprehendit Abrae ad faciendam redemptionem: ſic
nō angelis ſed hominibus ſcilicet ſolis ſacerdotibus corporis ⁊ ſangui-
nis ſui commiſit conſecrationem. Nota ꝙ ad quinq̃ verba ſacerdotis
ſtantis ad altare et dicentis verba canonis Hoc eſt eñ corpus meum
quibus verbis dominus dedit vim conficiendi in cena prelatis vel in
lotione pedum diſcipulorum in cena cum dicebat diſcipulis ſuis Hoc
facite quocienſcunq̃ ſumitis in meam cōmemorationem ideſt ob mei
amoris memoriam quem exhibui in cruce paſſus pro vobis. Tunc eñ
vt dicit. Bern. Celi celorum aperiuntur ⁊ ipſe Chriſtus qui eſt in ſinu
patris mox venire dignatur in manus ſacerdotis cui virtutes celorum
deſeruiunt. ⁊ panis in altari in verū corpus chriſti ⁊ vinum in eius ſan
guinem cōuertitur ⁊ trāſmutatur ⁊ ſub modica forma panis totus ve-
latur deus verus ⁊ homo. Unde Eſaias. Uere tu es deus abſcondit⁹
ſcilicet in hoc pane vt medicine ſub nebula. Pſal. Mirabilia opera
tua domine ſcilicet in hoc ſacramento corpis et ſanguinis tui ⁊ anima
mea cognoſcet nimis ſcilicet credendo firmiter.

C Um ergo tāta dignitas ſit ſacerdotis ꝙ creator ſit ſui creatoris
⁊ totius creature. ipm ꝑdere vel dānare incōueniēs eſt vñ: Iſid.
Sicut patrē iterficere filiū impoſſibile eſt. ſic creatorē ꝑdere creaturā
incōueniēs eſt. ſicut in eccleſia relige ſanctoꝝ quorū aīme in celis ſūt
condūtur. ſic ipſe chriſtus requieſcit in corde digni ſacerdotis. Aug.
Elegi et preelegi mihi cor digni ſacerdotis in habitaculum dgnum me

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

manſionis tanq̃ in vaſe vitreo. Licet vitrũ ſit de vili materia tñ ſplen
didius eſt auro ⁊ argẽto. Sic ſacerdos prelucet dignior ⁊ maior corã
deo oĩbus hoĩbus regibus et pricipibus huius mũdi in ſua dignitate.
vñ honorandi ſunt ſacerdotes quibus deus tantã in mũdo pre oĩbus
hoĩbus contulit gratiã ⁊ honorẽ. vñ dñs Qui vos audit me audit. ⁊ q
vos ſpernit me ſpernit. Apl's qui vos cõturbat ſcʒ indebite. iuditium
portabit quicunq; eſt ille. Zach. qui vos ſacerdotes tãgit offendit pu
pillam oculi mei. Et dñs in pſal. nolite tangere chriſtos meos quos et
ꝓphetas vocat dominus. Et in ꝓphetis meis nolite malignari.

LEgitur de Alexandro rege magno ꝙ cũ venit hiẽl'm ad expugnã-
dum eam. occurrit ei ſacerdos iudeorũ in ornatu pontificali que-
ſiuit rex quis eſſet: ⁊ dictũ eſt ei ꝙ eſſet ſacerdos altiſſimi: ipſe vo de-
ſcẽdens de equo: humiliter inclinãdo honorauit eũ: ⁊ ſic iudei obtinu
erunt gratiam regis: Quãto magis ſacerdotes chriſtianorũ huius tem
poris honorandi ſunt: q2 ipſe deus honoratur in ipſis cuius camerarij
ſunt et miniſtri. Salomon Dabitur illis ſcʒ ſacerdotibus electum dei
donũ: ⁊ ſors in tẽplo dei altiſſimi. i. ſors duplex gratie ⁊ glorie. De ſor
te gratie ⁊ glorie Pſal. In manibus tuis ſortes mee. i. ordo ⁊ vita ele
ctionis. De ſorte glorie Daniel Stabis in ſorte tua in finem dierum
Sap. Ecce computati ſunt ſcilicet ſacerdotes inter filios dei. et inter
ſanctos ſors illorum eſt ſcilicet ſacerdotum. Merito ergo gaudete et
benedicite vos ſacerdotes domini domino laudate ⁊ ſuperexaltate eũ
in ſecula qui vos ad tantam gloriam elegit.

VEnit filius hominis querere ⁊ non ſeducere: ſaluare ⁊ non diſſi-
pare ſicut mali prelati. De quibus Sa. Durũ eſt iudiciũ his qui
male intrant durius his qui poſtq̃ intrauerũt male viuũt: duriſſimum
his qui male pſunt. Tres eñ ſunt queſtiones quõ intraſti: quõ vixiſti:
⁊ quõ rexiſti. De primo Amice quõ huc intraſti nõ habẽs veſtẽ nupti-
alẽ: Si forte canonice intraſti: non per preciũ violẽtias: non per preciũ
non per conſanguinitatẽ. Ad huc reſtat qua intentione aut p charita-
tem aut p cupiditatẽ. Si ꝓpter deum faciat que dei ſunt: ſicut q venit
ad forũ: faciat ea ꝓpter que venit. At ille obmutuit qa nõ precauit ſibi
de hac queſtione quia oculus non erat ſimplex. i. intentio. igit̃ totũ cor
pus erit tenebroſum. vñ. dñs mitte eum in tenebras exteriores. Scd'a
queſtio fit per yſaiam. tu qs es quaſi quereret quis hic q̃liter vixiſti in
eccleſia tua. Si neſcis reſpondere ſequitur Apportari te faciam quaſi
apportatur gallus gallinace? qui maior eſt alijs. et maiores in eccleſia
dei iã nihil faciunt ſed minores. Tertia queſtio fit p hieremiam Ubi
eſt grex tuus qui datus eſt tibi pecus inclitũ. i. valde glorioſum. Et ne
credas deũ poſſe dubitare de aliq̃ oue. dicit eñ adhuc tranſibũt oues
per manus numerãtis. Si igit̃ nõ ſolũ pro vobis ſed pro ſingulis ſub-
ditis oportet rationẽ reddere q̃ duriſſimũ putas iuditiũ erit omnibus
qui pſunt. Tria ſunt qbus optime diabolũ vincimus. ſ. ardẽs cogitatio
carnis mortificatio: ⁊ acuta oratio. De primo pſal. Inmeditatiõe mea

exardeſcit ignis qua fugas diabolũ fulgura chorruſcantẽ. maxime ſi me
ditatões ſint de paſſione chriſti. De ſcd'o apl's Caſtigo corpus meũ et
in ſeruitutẽ redigo. De Tertio Aug. oratio humilis diuinũ promeret̃
auxilium. Chriſtus dicit per Ezechielẽ ad prelatũ: ſpeculatorẽ dedi te
domui iſrael. i. laicis. Unde valde neceſſe eſt vt ſint lucidi paſtores q2
nemo põt in ſpeculo ſpeculari lutoſo. Chriſtus eſt ſol: paſtor debet eſſe
luna. luna eñ non habet lumen niſi a ſole: ita ſacerdos non debet reci
pere decorẽ a mũdo ſed tñ a chriſto. Item ſacerdos q pro nũmis cele-
brat videtur dicere cũ iuda. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eũ tra
dã ergo nephas eſt vendere dominũ ſuũ. Cogita ꝙ primus ſeruus vẽ-
ditor ſeipſum ſuſpendit. Iudas eñ nũmos miſit in templum peiores
ſunt ſacerdotes qui denarios pro quibus cantant mittunt in lupanar
⁊ inventrẽ ſuum. Iudas ſemel chriſtum vendidit ⁊ de hoc penituit: et
tu forte multotiens vendidiſti ⁊ non penites caue ne deſperans teip-
ſum ſuſpendas. Bern. Venient ante tribunal iudicis: audietur pupil-
lorum accuſatio ⁊ grauis allegatio quorum vixerunt ſtipendijs ⁊ non
voluerunt peccata corꝫ. Audi dñm dicentem: Vos comeditis peccata
populi. Et alibi Paſce paſce: ſed non dicit vende vende. Item o bone
Ieſu videt̃ contra te conſpicare vniuerſitas populi Chriſtiani. Nam
illi in perſecutione tua ſunt primi qui in eccleſia videntur gerere prin-
cipatum. Si quis de populo deueniat ille ſolus perit: ſed ſacerdotis er
ror multos perire facit ſi etiã non obeſt quantũ ꝓdeſt: Bern. O ſacer
dos corpus tuũ efficitur quottidie ſepulcrũ xpi: cur tunc per os tuum
egredit̃ falſitas p qd' q̃ttidie ingredit̃ veritas. Cur oculi tui vidẽt va
nitatẽ q q̃ttidie aſpiciũt veritatẽ. Cur man? tue extendunt̃ ad illicita ⁊
inania q tenent tenentẽ oĩa. Cur te ingurgitas ebrietate q tot? plenus
debes eſſe bonitate. Rogo ergo te vt fugias omnẽ vanitatẽ ne in futu
ro cõdemneris per veritatem. Tãto vtiq; grauius cades ab alto q̃to
excellentius pollas dignitatis officio. Idẽ Bern. O dñe paſtores tui
mutati ſunt in tonſores: agni in lupos. defenſores in diſſipatores: q de
berent eſſe ſobrij: quottidie ſunt ebrij. qui prelati pilati: qui caſti inceſti
qui paſtores ſeductores. Nonne tociens repetitũ eſt: petre amas me
paſce oues meas quaſi dicat niſi me perfecte diligas. i. pluſq̃ te tua ⁊
tuos non intromittes te de cura iſta. nec tu ſacerdos et maxime paſtor
ꝓ ouibus pro quibus effuſus eſt ſanguis meus. Bern. Non debet ali-
orum ducatũ ſuſcipere qui non vult alios bene viuendo precire: Nul-
lus ita vilipendit officium ſuũ ſicut clerici. Fabri ⁊ agricole mane ſur-
gunt ſed non ipſi: dormiunt eñ vſq; ad meridiem. Bern. Ue ſacerdoti
bus miſeris proditoribus ſocijs q chriſtũ iterũ quantũ in eis eſt crucifi
gunt ⁊ ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt. Qui manibus pollutis
oculis impudicis ore venato corde impudico. dum ad reuerendum ſa
cramentũ nõ reuerẽter accedũt. ãgelos aſſiſtẽtes offẽdũt ⁊ de ſingl'ari
medicina ſibi mirabilẽ acqrũt etiã dãnationẽ. Cauete vobis plaruli

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

voratores vt catuli. morté nō attenditis q fauoré venditis. dātur nū-
mi ꝑcurantur puuli ſcꝫ ydeote irregulares excōicati giezite ebrioſi lu
ſores nunq̄ꝫ caſti. ſemper inceſti. ve vobis. ve et frequenter ve.

Dominus tranſiens de hoc mundo ad patrem. eccleſiam quā ſuo
ſacratiſſimo ſanguine redemit. fratribus ſuis ſcꝫ ſacerdotibus re
gendā ꝯmiſit dicens. Exiui a patre ⁊ veni in mundū iterꝫ relinquo mū
dū ⁊ vado ad patré vos oues meas cuſtodite ꝓ quibus ſanguis meus
effuſus eſt. Quāta ſit dignitas ſacerdotis ſcꝫ officij ⁊ ordinis audiam⁹
⁊ videm⁹ q̄ꝫtūcūqꝫ em̄ ſit aliqs bonus tn̄ nō poteſt ꝯficere corpus xp̄i
niſi ordinatus fuerit vt officij ſacerdotalis exhibeat miniſteriū. dei aūt
officiū eſt tribuere bn̄dictiones. vn̄ Aug. Sacerdotes nō ꝓpria virtute
benedicūt ſed quia xp̄i figurā gerunt ⁊ ꝓpter eū qui in ipſis eſt bn̄dicti
ones tribuūt plenitudiné. O ſacrū ⁊ celeſte miſteriū ꝑ qd̓ pr̄ ⁊ filius et
ſpūſſctūs mirabiliter oꝑatur. Credimus ꝙ poſt deū nō eſt tāta gratia
⁊ poteſtas ſicut eſt vr̄a. Bern̄. Sup ptāte veſtra te ⁊ tā inſigni priui-
legio veſtro ſtupet celū miraꝛ terra cōtremiſcit diabol⁹ abhorret infer
nus vereꝛ hō veneraꝛ plurimū angelica celſitudo. ꝙ vno eodemqꝫ mo
mēto deus q preſidet in celo in manibus vr̄is eſt in ſacrifitio. Sed vn̄
hoc piiſſime ⁊ dulciſſime ieſu vt ſacerdotes. qui ſūt vt nos vermiculi ⁊
puluis ⁊ cinis te preſenté habere mereanꝛ ꝑ manibus pre occulis qui
totus ⁊ integer ſedet ad dexterā patris q vnius hore momento a ſolis
ortu vſqꝫ ad occaſum ab aquilone vſqꝫ ad auſtrū preſto es dn̄e. Certe
nō ex debito nō ex merito ſed ex volūtate tue bn̄placito ꝑparaſti te in
dulcedine tua pauperi deus ſcꝫ ſacerdoti. Hec eſt vere celeſtis idulgē
tia. hec eſt cumulata gloria. hec eſt vere ſuperexcellens gr̄a ſacerdotes
tenere deum in manibus Nullis angelorū nullis archangelorū nullis
ſpiritibus ſed hoībus. nō omnibus ſed tm̄ ordini veſtro cōmiſſam eſſe
credimus celebrationé tanti miſterij vt cōſecratus in ſacerdoté ꝓpius
⁊ ipſum cōficiat in altari qd̓ xp̄s in cena paſcali cōfecit manibus ſuis
In altari quippe ſacerdotū ore manibus cōficitur chriſti corpus. non
creatur non naſcitur. ſed qd̓ totū in dextera patris eſt. totū in manib⁹
totū in ore ſummētis. vnus in multis ⁊ diuerſis. O ſacerdos tu es ſa-
cer dux ſacra docens ſacrū dans. Sacer dux in exhortatiōe. ſacra do-
cens in ꝑticipatione carnis et ſanguinis xp̄i: ſacrū dans pro deo exē-
plū viuēdi ceteris. Ut amplius mouearis imo vt magis incaleſcas in
amoré tui redemptoris: voluit xp̄s vt iugiter coleretur ꝑ tuū miſteriū
quod ſemel offerebaꝛ in mundi preciū. et ꝑhennis illa victima viueret
in memoria ⁊ ſemp eſſet in gloria patris. Un̄ moyſes rogauit dominū
q̄ndam dicens Oſtende mihi teipſum dn̄e verū. ſed tibi non ſolū oſtē
ditur ſed in manibus tuis ſe tradidit Delectari ergo debes o tu ſacer-
dos ⁊ gaudere in ſacramēto altaris in cuius cōfeſſiōe fidelis miniſter
inuenit in medio patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti aſtātibus ex omni latere ſu-
ꝑius ordinibus ſacramentū per notabile miſteriū ſuperexcellētis glorie
videt ⁊ ſentit ſacerdos filiū dei fratré ſuū ⁊ amantiſſimū. cuius veraci

ter carné ⁊ ſanguiné tenet. vn̄ pſal. Narrabo inquit nomé tuū fratri-
b⁹ meis. videt et ſentit ſpm̄ſanctū a patre ⁊ filio ꝓcedenté. domeſticū
eſſe ſociū factoré ⁊ diſpenſatoré ſuū qa ipſe vere conſolator eſt penitē
tiū ⁊ aduocatus omniū in ſe ſperantiū. Uidet verū deū ⁊ ſentit ſpiritu
aliter angelos ⁊ omné celi celorū ſenatū ſibi applaudenté ⁊ vt cōciuis
eorū aſſcribi mercatur. Ibiqꝫ celebraꝛ familiare colloquiū inter deum
⁊ moyſem amicū ſuū. i. fidelé miniſtrū. Penſa igiꝛ: iugiter amplectere
ſuauiter repone fideliter quid audis qd agis quid legis qd tenes. calix
ſepulcrū xp̄i. patena lapidé ſupoſitū. corporale ſudariū. ſubſtractoria
corꝑalis lintheamina qbus inuolutus fuit xp̄s ſignificat Hoſtia quā
vides non eſt panis ſed caro ⁊ ſanguis eius q pependit in cruce ꝓ mū
di vita. Iā oculis tuis vides pané angelorū qui neſcit putreſcere. non
vadit in ſeceſſum. ſed ducet te in excelſum. illuc reducet te vn̄ retraxit
ymaginé. Hoc itaqꝫ ſacramentū ab eterno in celo repoſitū. ſed diabo-
lo penitus celatū. ꝓphetis quibuſdā reuelatū ſollicitudini ⁊ ſanctitati
veſtre eſt traditū ⁊ ꝑ omnia donatū. Quis vidit talia. videant oculi ne
mirenꝛ qa omnia ſicut voluit fecit O ſacerdotes quantū eſt ꝙ in ele-
uatiōe manuū veſtrarū capita regū inclinanꝛ. ꝙ reges ⁊ regine vobis
munera offerūt Omnis eccleſia vos patres cōfitetur ⁊ expectat inter-
ceſſores. In quorū priuilegiati amoris premiū datū ⁊ dictū eſt Petro
Paſce oues meas. in ſingularitate ptātis datū eſt ⁊ dictum apoſtolis
Qd̓cunqꝫ ligauerit ſuper terrā ⁊c. Penſate q̄ꝫtum eſt hoc maximū ſcꝫ
ſi ad legationé angelorū aſcenſus hoīm expectareꝛ. q̄tū ergo eſt ſi ad
arbitriū hoīm aſcenſus inclinaꝛ angeloꝝ. Audite veſtri officij digni-ta
té. cautelam ⁊ cōſtantiā cum dixit Elegi vos ⁊c. Officium vt cū dixit
etatis. cautelam vt cū dixit fructū afferatis: cōſtantiā vt cum dixit fru
ctus veſter maneat. Uobis etiā dictū eſt. Ite in orbem vniuerſum ⁊c.
Electi ergo eſtis vt etatis. ergo periculū eſt vobis ſtare. periculoſius
ſedere. periculoſiſſimū eſt iacere.

Recordor me legiſſe ꝙ accidit in burgundia cū ſacerdos quidam
veniret ad ſinodū tranſiēns ꝑ mediū nemorū obuiū habuit dia-
bolū in figurā hoīs transfiguratū qué cum ſalutaſſet tradidit ei litterā
quandā clauſam tradendā epō ⁊ vniuerſis rectoribus in illa ſinodo cō
gregatis. Quā cū apperuiſſet eps in pn̄tia oīm fecit legi. Tenor auté
illius littere erat iſte. Rectores tenebrorum rectoribus eccleſiarū ſa-
luté. Mandamus vobis ꝙ multū diligimus vos qa quodcūqꝫ vobis
cōmittiꝛ ad infernū cū magnis glomerationibus deſtinatis. Ité alibi
dictū fuit epō puerſo a xp̄o dn̄o. Qn̄ mihi reduces aīmas q̄s cū prauo
exemplo dampnificaſti. Bern̄. Timeant clerici miniſtri eccleſiarū q in
terris res ſanctorū quas poſſident tā inique gerūt vt ſtipendijs q̄ ſuffi
cere debeant minime cōtenti. ſupflua quibus egeni ſuſtētari deberent
impietate ſacrilegij ſibi detinent et in vſus ſupbie atqꝫ luxurie victum
pauperum cōſumere nō vereꝛ. duplici iniquitates peccāte ſcꝫ ⁊ ꝙ ali
ena diripiunt: ⁊ ſacris in ſuis vanitatibus ⁊ turpitudinibus abutun
tur Heu hodie nō paſcunt paſtores oues ſed ſeipſos propter quod

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

cõminatur eis dominus dãnationẽ. Ezechielis. xliij. Ue paſtoribus hieruſalẽ q̄a paſcebant ſeipſos: nõ oues paſcunt̄ a paſtoribus a q̄bus paſci deberẽt. Ber. Uñ Conuenit bonitas amabilẽ: ſciẽtia diſcibilem: diſciplina imitabilẽ reddũt. Scientia ⁊ diſciplina bonitatẽ attrahunt: ſcientia corrigit: ⁊ diſciplina paſcit. Debet aũt quilibet prelatus ⁊ religioſus et clericus qui alijs preeſt ſollicitus eſſe quomodo deo placeat in puritate conſciẽtie. Bern. Manducare ſpiritualiter corpus chriſti eſt paſſionis ⁊ redẽptionis eius attentius recolere ſacra beneficia ad ſumendum ſuauiter in conſciẽtia recolendũ fideliter in memoria. Aug Quottidie corpus chriſti ſumere non laudo nec vitupero. Hoc eſt ſignum ſepe communicandi cum deprecatione huius ſacramenti timor ſeruilis munitur ⁊ incendium charitas plus augmentatur: ſed per hoc aliqui retrahuntur cum de communione deuotionem ⁊ cõſolacionem ſingularẽ non ita percipiunt prout eis beneplacitum foret. Et hij magis ſua q̄ que dei ſunt videntur querere.

O Uenerabilis ſanctitudo manuũ ſacerdotũ. O felix exercitiũ. O mundi vere gaudiũ vbi ima ſummis iungunt̄ cũ chriſtus tractat chriſtũ: ſacerdos dei filiũ: tibi delicie ſunt eſſe cũ filijs hominũ. Unde Petrus in canonica: Uos eſtis genus electũ. regale ſacerdotiũ: gens ſancta: populus acquiſitionis. Aug. Uos eſtis inquit genus electum non ſolũ electione tẽporalis prelationis ſed vt ſpero electionis eterne predeſtinatiõis. Unde apl's. Elegit eos ante mundi conſtitutionẽ qui non dum erant niſi predeſtinati. Auguſtinus Quomõ elegit vos ante mundi conſtitutionẽ qui non dũ erant predeſtinãdo. Gregorius. Predeſtinatio nihil aliud eſt q̄ gratiam preſens et glorie future ꝑparatio. Auguſtinus: Quattuor enim requirũtur proprie ad preparationẽ gratie p̄ñtis ⁊ predeſtinationẽ glorie future. Primũ eſt volũtas tribuentis. Scdm eſt libertas voluntatis. Tertiũ eſt predeſtinatio nõ exiſtentis. Quartum eſt meritum accipientis: alioquin nec gratia in preſenti: nec ſequitur gloria in futuro. Unde apl'us Quos preſciuit hos ⁊ predeſtinauit conformes fieri ymagini filij dei ſcʒ ſacerdotis in tanti miſterij miniſterio. Idem quos predeſtinauit hos et vocauit: et quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit: ⁊ quos iuſtificauit illos ⁊ magnificauit. Gloſa in predeſtinatione gratie: in vocatione potentis: in iuſtificatione leticia: in magnificatione glorie. Unde vos ſacerdotes eſtis genus electum.

A Uguſtinus O preſbiter ſiue ſacerdos ſicut deus te elegit ⁊ p̄ele git reddere rationẽ villicationis tue in quam vel qd̓ tu in hoc ſeculo elegeris. dũ deus electionẽ a te requiret non eſt dubiũ dare an ſacerdos ſit angelus aut diabolus. Si vixerit in caſtitate corporis ⁊ anime ⁊ humilitate eſt angelus. Si vixerit e cõtra eſt peior diabolo ⁊ hoc eſt horribile valde malis preſbiteris. O ſacerdotes conſiderate veſtre dignitatis dulciſſime excellentiã: q2 dñs vos ditauit pre omnibus creaturis. Honorandi ſunt quippe ſacerdotes quibus dominus tantũ in mundo pre omnibus contulit gratiam ⁊ honorem.

S Apientie Ecce computati ſunt ſcʒ ſacerdotes inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt ſcilicet ſacerdotum. Merito ergo gaudete ⁊ benedicite vos ſacerdotes dñi dño laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula qd̓ vos ad tantã dignitatẽ ⁊ gratiã elegit. Et gratias agite ei ꝓ tantis beneficijs preſentibus p̄teritis ⁊ futuris ⁊ eternalibus tẽporalibus ⁊ ſpũalibus ⁊ rogate ſuppliciter dicentes. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis per immenſam gratiã tuã in preſenti et preſta vt cũ omnibus nobis cõmiſſis, ⁊ omnibus fidelibus et cũ omnibus ſanctis et angelis tuis in futuro et regno celorum confiteamur nomini tuo ſancto ⁊ gloriemur in laude tua ineternum.

D Ominus noſter pontifex de virtutibus ſacerdotalibus miſticam et ſummus ſacerdos camiſiam induit in almo vtero ſcʒ beate marie virginis Miniſtri vero iudeorũ dederunt ei amictũ alapis contextum Herodes albam: qñ illuſit cũ alba veſte indutũ. Miniſtri pilati cingulis quãdo flagellis ceciderũt. Dederũt ei manipulum quando ligauerunt eũ ad columnam: ſtolam ſputis contextã. Caſulam quãdo induerũt eũ veſte purpurea dicentes. Aue rex iudeorũ: Lanceã pro baculo: Crucem pro ſede epiſcopali. Spineam coronã pro infula. Clauũ in pedibus pro ſandalis. Clauos in manibus pro annulo ⁊ cirothecis Sic ornatus noſter pontifex primo templum aſperſit miſſam cãtauit Heli heli poſtea indulgentiam dedit dicens. Pater dimitte illis. Prelati temere credunt ſibi cũcta licere. Credidit ⁊ caiphas omne nephas ſibi phas: ve miſero mundo. ve primo. ve ſecundo. Ue per pontificum dedecus horrificũ. Pontifex muti de iure ſuo male tuti. Quãuis cornuti non audent cornibus vti.

N Ota ſex vicibus fudit Chriſtus ſanguinem pro nobis. Primo in circumciſione: ⁊ hoc fuit noſtre redemptionis initium. Secundo in oratione et hoc fuit noſtre redemptionis deſiderium. Tertio in flagellatione. Quarto in coronatione ⁊ hoc fuit noſtre redemptionis meritum: quia liuore eius coronati ſumus. Quinto in crucifixione: et fuit noſtre redemptionis preciũ: tunc enim que non rapuit exſoluit. Sexto in lateris apertione. ⁊ hoc noſtre redemptionis ſacramentum quia inde exiuit ſanguis ⁊ aqua. Sanguis in remiſſionem peccatorum: aqua ad lauacrum baptiſmi ſacrificandum.

Impreſſum Viennæ per Hieronymum Vietorem
ANNO M.D.XV. Menſe Decemb.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library




A.M.N.MUZEUM KÖNYV-TÁRA

Bebelius in adagia germanica.
in nuce duo galli simul in ede
flores et dme vivunt raro sine lite

9.